

(34)

Modus qui post haec servandus erit in materijs que exami-  
nabuntur a Theologis minoribus

290

225

Primo inter omnes Theologos quos huc misit S<sup>us</sup> D. N. ut concilio intersint  
hoc erit perpetuum, ut in singulis materijs proponen<sup>t</sup> dicant qualibet vice  
quatuor tm, us, duo saeculares, et duo regulares, quos eligent S<sup>us</sup> et  
R<sup>mi</sup> Legati, et ita successive, cum alia materia <sup>erunt</sup> tractanda, alij quatuor  
ex eodem numero dicent, donec unusquisq; impleat partes suas

Secundo ex omnibus Theologis saecularibus missis a Principibus ad  
Romam<sup>m</sup> eliget quisq; Orator Principum ternos tm ex his, qui a suo Princi-  
pe missi fuerunt, quibus dabitur locus dicendi in materia proposita  
hi deinde in alijs materijs, examinandis variabitur arbitrio Oratorum  
du modo terni tantum pro quolibet Principe, in eadem materia respon-  
deant

Tertio, singuli S<sup>us</sup> Legatorum<sup>m</sup> eligent unum tm ex Theologis saecularibus,  
quos in eorum aula habent, loquentur eadem ratione, qua reliqui.

Quarto, nomina oia describentur ceterorum Theologorum saecularium, qui como-  
rantur in domibus praetatorum, suntq; eorum familiares, et ex toto hoc numero  
assumentur in singulis materijs non plures, quam quatuor, qui ea vice  
loquentur super articulis propositis. rursus deinde, cum alia res erunt  
tractanda, tunc alij quatuor eligentur donec omnium numerus per-  
ficiatur, ordo autem prius loquendi inter eos erit, secundum antiquiorem  
eorum promotionem, us, ut qui prius susceperit gradum, sive Doctoratus  
sive Licentiatum, sive Baccalaureatum, ille etiam anterior dicendus  
sit, et deinceps alij

Quinto, ex omni numero regularium sive missis a Principibus, sive como-  
rentur apud Legatos, aut Praetatos, sive manent in eorum Mon<sup>ast</sup> sive quocumq;  
alio modo esse adsunt, du modo non missi a S<sup>mo</sup> singuli Quatuor religionum  
eligent ex eorum ordine ternos, qui ipsis videbuntur aptiores, qui dicent  
super p<sup>ri</sup>mi tunc materia. In alijs vero materijs, quae post occurrerint, poterunt  
illos variare, et mutare arbitratu suo

Sexto nullus sive saecularis, sive regularis excedat in dicendo spatium  
dimidiae horae ad summum, qui longior esse voluerit statim a magistro  
ceremoniarum interrumpetur. Laudabilior erit qui nec etiam ad id  
spatium pervenerit

Septimo Theologi sive seculares sive Regulares, quibus tunc  
dicendi locus non obtigerit, poterunt tamen in scriptis referre ad  
deputatos, ea quae sibi necessaria videbuntur circa materias pro-  
positas

(35) Patres deputati ad colligendos abusus circa Sacrificium  
Missae

Arciepiscopus Ragusinus

Suzentinus

Episcopus

Senogallia

Laurentinus

Nemausien

Dertusien

Tinnimen

Ad conficiendam Doctrinam et Canones de Sacrificio Missae

Arciepiscopus

Granatae

Lanciani

Episcopus

Litteren

Interamnen

Lerien

Lauren

Almerien

Veronen

Generalis Minor, de observantia.